

catum administrasset. Incepit regnare Dagobertus ab obitu Lotarii patris, qui incidit in annum 628. Si inde annos septem elapsos recenseas, debuit ordinari Desiderius an. 635, ut voluit Sammarthani. Sed adfuit Rusticus synodo Rhemensi, quæ habita est præside Sonatio Rhemorum antistite, ut narrat Frodoardus. Fuit convocata synodus illa anno 625, quippe anno sequenti Senocus Elusanus metropolita, qui hic aderat, exsulavit. Debuit igitur jam episcopus esse Rusticus an. 625, quo synodum tenuit Sonnati. Nodum intricatum solvit Mabillonius distinguendo binæ regni initia; Dagobertus enim Austrasiæ rex creatus fuit vivente parente Lotario anno 622. Deinde Galliam occupavit mortuo eodem Lotario anno 628. Numerandi ergo sunt septem anni Rustici non a regno Galliæ, sed a regno Austrasiarum, cum Rusticum longe ante annum 628 fuisse antistitem creatum ex indicata synodo constet. In Austrasia regnavit Dagobertus annuente Lotario an. 622, eodem fere tempore præsul creatus est Rusticus. Pontificatum tenuit annos septem et aliquot menses. Cæsus est igitur anno 629, et eodem anno circa Paschatis solemnia ordinatus fuit in ejus locum Desiderius frater.

V. Dum viveret Desiderius, cum totius Galliæ præsulibus, proceribus et regibus litterarum commercium frequens habuit. Eduntur hic ejus tum epistolæ, tum ad ipsum responsa virorum celeberrimorum. Erunt qui brevissimas illas epistolas non magnificient, utpote quæ rudi stylo sint scriptæ; erunt etiam qui vitia quæ occurrunt frequentissima in amanuensibus rejiciunt; multa tamen reperias quæ vix possunt sanari. Nos illas qualescunque emendatiores hic quam Canisius fecerat protulimus. Dein aliqua leguntur singularia nec omnino spernenda. Hinc facile probatur episcopus honorifica verba titulosque ex sæculi usu elicite anxie nimis quæsisisse, quippe non modo eminentiæ verbo gaudebant, sed et palmata triumphatione decorati et Pontificali officio coronati dicebantur. Creabantur tamen episcopi et Deo auctore et jussu regis, quemadmodum ex iisdem epistolis constat et probavimus, nec consilia convocari poterant, nisi ex mandato regis; quippe sic jubet Sigebertus in epistola 15: «Sine nostra scientia synodale concilium in nostro regno non agatur, nec ad dictas Kalendas Septembris ulla conjunctio episcoporum ex iis qui ad nostram ditionem pertinere noscuntur non fiat; postea vero opportuno tempore, si nobis antea denuntiatur, utrum pro statu ecclesiastico, an pro regni utilitate, sive etiam pro qualibet rationabili conditione conventio esse decreverit, non abnuimus.»

VI. Controversiam biennem habuit Desiderius cum Felice Narbonnensi episcopo. Peccaverat adversus Felicem aut saltem peccasse videbatur aliquis vel laicus vel clericus Cadurcensis. Statim et serpentina astutia jurgiorum propinavit venena auresque

A Felicis viperea infusione suppletæ serpentis erumpabant sibilum. Misit Desiderius reum Felici, oravitque ut daret affatus copiam; daret veniam, daret gratiam. Interea tamen elapsum est biennium antequam sedari potuerint episcoporum contententium animi. Pœnituit tandem Felicem criminis ab ipso intentati, vel querelas tandiu fovisse. «Ante hoc biennium, inquit ille, misi epistolam, quæ mentem vestram ac si quidam turbo pertransiens nube obtexit, et licet non eo sensu fuerit edita, quo dominus censuit interpretandam, me tamen pœnitet incaute et inculto sensu vel impolito stylo exarasse unde offensam sanctæ animæ vestræ potueram incurrere, nisi vestra bonitas causam admodiasset.» (*Fel. epist. 15.*) Qui vocem barbaram interpretatur Cangius per modum ponere et leviolem offensam facere, hunc episcopum, nescio qua ratione, Palladium appellat, quippe ad Felicem directa fuit querela Desiderii et eandem subscriptionem præfert epistola decima quinta, de qua nunc agimus.

B VII. De anno obitus Desiderii resurgit difficultas quam superius attigimus, ob annos Dagoberti, quia etiam Sigeberti, diversa plane ratione computatos. Dein in Vita Desiderii, quam edidit Labbæus (*Bibl. Mss. t. 1*), numerantur xxiii anni episcopatus Desiderii; attamen legitur in illa Vita sub anno 16 Sigeberti regis testamentum condidisse Desiderius, et anno 17 ejusdem regis decimo septimo Calendar. Decembris et ultimum spiritum exhalasse. Austrasiæ rex designatus est Sigebertus anno Dagoberti undecimo, cum esset bimulus puer: vix t postea Dagobertus ad annum usque 638. Sexdecimque annos regnaverat; ergo annus decimus septimus Sigeberti debet anno vicesimo primo episcopatus Desiderii illicari; cumque eo anno constet eum obiisse, ipsius episcopatus ulterius promoveri nequit. Sic Cantius. Auget difficultatem Codex Moissiacensis, quem post editam in priore tomo Desiderii Vitam inspexit Labbæus (*Annal. t. III, p. 535*): in eo quippe legitur, annos xx sedem Cadurcensem occupasse Desiderium, et hanc genuinam lectionem comprobavit his in rebus versatissimus Mabillonius, consulto, scilicet, Exemplari Moissiacensi, in quo legitur: *episcopatus sui vicesimo et VI.* Ipse tot discrimina verborum, imo rerum, componit, observando annos Sigeberti non debere incipi ab eo anno quo puer agiens ad Austrasiæ regnum promotus est, sed a parentis morte, quæ incidit in annum 638. Si annos xvii Desiderio adjicias, obierit anno 654, rexitque ecclesiam Cadurcensem xxiv annos nondum integros, ab anno, scilicet, 29. Et conveniunt huic calculo anni regni Sigeberti, qui xvii numerantur ab obitu Dagoberti regis. Claruit miraculis post mortem Desiderius. Prioribus nova adjiciuntur in Codice Moissiacensi, quæ in appendice ad priores tomos Bibliothecæ ms. apposuit Labbæus.

## DOMNI DESIDERII

EPISCOPI CADURCENSIS

### EPISTOLÆ.

(Canisius edidit ex membranæ Ms. celeberrimi monast. S. Galli.)

## LIBER PRIMUS.

DESIDERII EPISTOLÆ AD DIVERSOS.

### EPISTOLA PRIMA.

DESIDERII AD SALUSTIUM EPISCOPUM.

Domno sanctissimo, atque præ optimis mihi in Christo diligendo Salutatio præsul Desiderius vester.

\* Ms., gratiarum jura.

D Multiplices et ineffabiles vestræ beatitudini pro inquisitionis studio vel eulogiarum præcepta benedictione a gratias jure persolvimus, et quamlibet indigni, Domini optamus pietatem, qui nobis citius lo-

cum tribuat vestræ gratiæ serviendi. Illud namque A quod zelo zelati estis pro nostra exiguitate, non omittitis solertiam egregii et nobilis pastoris, dum viriliter et vigilanter agere adorti estis. Utinam <sup>a</sup> etiam in nobis divina pietas perficere dignaretur. Quia ille recte vigilat, qui aspectu veri luminis, et intus contemplationis semper oculos apertos gerit. Qua de re necesse est ut mentem semper ad interiora et sublimia suspendamus; ne per torporis negligentiam ad ima trahamur. Igitur de eo quod sollicitudo vestra sciscitare studuit, vestra dilectio comperiat omnes optimates et principes, juxta quod antea <sup>b</sup> cum ipsis habebamus conglutinatam amicitiam, gratias Christo, qui est honorum omnium dispensator, satis amabiliter nos receperunt; et nos eos eatenus in Dei nomine retinemus, ut charitas mutua nunquam decidat, sed aucta magis in dies florescat; et cum amico vestro Flavado firmiter et amabiliter in charitate consolidati sumus. De cætero satis, et cum plenissimo affectu, ut præfati sumus, pro tantæ inquisitionis vestræ dilectione gratias agimus. Saluamus præterea vestram almitatem eo affectu quo <sup>c</sup> nobis oblata esse non ambigo, et supplex quæso, ut pro mea extremitate pio Domino <sup>d</sup> digneris exorare. Vale, vir Dei, et memento mei.

## EPISTOLA II.

DESIDERII AD GRIMOALDUM.

Domno illustri, et a nobis peculiarius suscipiendo domino, et in Christo filio Grimoaldo majori domus Desiderius peccator.

Non ignotum vobis famulum, ac bene cupientem, capio esse commendatum. Adest enim frater meus Lupus abba, cuius mentem agni cupio agminibus interesse. Iste ad vos rediivo Desiderio pergit, et postulat se nostris affatibus commendari, quatenus eum vestra industria gloriosi principis domini Sigeberti regis obtutibus repræsentet. Age ergo virum egregie mihiq; patrone, et istum habe, ut supra petii, per omnia sodalem, quatenus gaudeat se nostris apicibus vestræ eminentiæ commendatum. Interea salute uberi fusa, precor impense, ut quod ipse suggererit, conditiones monasterii nostri <sup>e</sup> quod nuper in honore sancti Amanti ædificavi, digneris recipere per omnia commendatas. Et talem exinde curam geratis, ut æternam retributionem pro collato beneficio exspectetis. Dignamini etiam expectationem nostram de vestra ac domni regis salute, patrumque, vel fratrum vestrorum reciprocante nos pagina <sup>f</sup> consolari manu propria. Incolumem excellentiam vestram superna pietas tueatur.

## EPISTOLA III.

DESIDERII AD SIGEBERTUM REGEM.

Domino gloriosissimo, triumphali palmate coro-

<sup>a</sup> Ms., etenim.

<sup>b</sup> Ms., cum ipsis habebamus conglutinata amicitia.

<sup>c</sup> Ms., nob. latere non am. Du Chesne legit: vobis latere non ambige.

<sup>d</sup> Ms., dignetis.

<sup>e</sup> Ms., quem.

<sup>f</sup> Ms., consolare.

nato, sanctæ catholicæ Ecclesiæ filio Sigeberto regi, servus vester Desiderius Cadurcæ urbis episcopus.

Dum et contigit de præcelso domno nostro genitore vestro, quod nec pietati vestræ tam cito fuerat optabile. Vos, reverentissime Domine, tam de nos servos vestros, quam et de cunctos fideles integram dignamini habere mercedem. Ut quos genitor vester pie enutrivit, vester rigor æquanimitè portet. Et dum vos Deus omnipotens sua pietate in regni solio sublimavit, et tantum vobis dedit prudentiæ intellectum; præsumimus commovere celsitudinem gloriæ vestræ, ut semper <sup>g</sup> protectoris vestri memoriam intimiore corde retineatis. Semper cogitatis, quid post regni scepra futuri estis, et ad qualem remunerationem pro operum qualitate venietis. Nos pro epistolæ paritate te modicum quid monuimus. Vos taliter in omni opere, in omni causa, in omni iudicio vosmetipsos exhibete, ut quando perfidi reges cum iniquis damnantur, vos pro bonis operibus <sup>h</sup> æternam remunerationem precipiat. Explicite.

## EPISTOLA IV.

DESIDERII AD SIGEBERTUM REGEM.

Domino gloriosissimo, atque piissimo, ubique præcelso sanctæ Ecclesiæ filio Sigeberto regi Desiderius servus servorum Dei, atque per gratiam ejus Cadurcæ urbis episcopus.

Quod vos pia sollicitudine dignati estis litteris consolare, insufficientis est mens nostra gratiarum jura persolvere. Qua de re singulari postulatione credidi deprecandum, ut ea me dignatione jubeatis peculiarius confovere, qua Domini Genitoris vestri circa meam pusillulam exiguamque personam habita est gratia familiaritatis. Volui quidem sic obtemperare, ut non prius ad urbem redirem, donec, si potuisset fieri, vestri culminis præclaram celsitudinem vidissem. Sed quia hoc difficile fuit, ideo nunc latorem præsentium commendare præsumo. Per quem officia salutationum digno culmini vestro honore persolvens, quæso, ut petitiones ipsius in effectu positas, me de vestræ excellentiæ incolumitate <sup>i</sup> dignetis facere certiore.

## EPISTOLA V.

DESIDERII AD DAGOBERTUM REGEM.

Domino gloriosissimo, atque piissimo, ubique præferendo, undique præcelso, sanctæ Ecclesiæ Catholicæ filio, Dagoberto regi Desiderius servus servorum Dei, et vester fidelis.

Dum plerumque <sup>j</sup> pro conditiones ecclesiasticas me necessitas compellat ad celsitudinem culminis vestri apices dirigere, ipsa tamen recordatio contubernii, et <sup>k</sup> dulcedo auspiciatæ indolis pubertatis monet, ut frequenter, si fieri possit, me exiguum famulum solertissimis obtutibus vestris præoptem

<sup>g</sup> F., progenitoris, vel præcessoris, vel protector nostri.

<sup>h</sup> Ms., æterna remuneratione.

<sup>i</sup> F., dignetis.

<sup>j</sup> L., propter.

<sup>k</sup> Ms., dulcico; f., dulcitudine.

præsentari. Qua de re solutionis obsequio eo quo A decet honore prælato, quæso, ut de conditiones Cadurcæ Ecclesiæ, cui Deo auctore, ex jussu vestro præsedeo, pro quas nunc præsentium latores apicum ad excellentiam dominationis vestræ festinant, pro divino respectu vel justitiæ contemplatione integra mercede studeatis habere, solertissimo libramine causam trutinare; et qua justitiam perspicitis ponderare, illuc sententiam declinate. Nec solum de hac re, sed omni tempore, de omni conditione sententiam regis justitia præcedat et veritas. Judicium quoque misericordia comitetur, propter illud apostoli: *Judicium sine misericordia erit ei, qui non fecerit misericordiam* (Jac. II, 3). Age ergo, præcellentissime princeps, mi domine Dagoberte, age taliter, ut dum singularem inter homines regni apicem obtines, B ad æterni regni singularem gloriam sine confusione attingere possis. Me quoque non superfluum judicatis pro pia commotione, sed amantem mente ames pro salubri exhortatione. Explicit.

## EPISTOLA VI.

DESIDERII AD CRIMOALDUM, PRÆPOSITUM PALATH.

Domino illustri, totius aulæ, imoque regni <sup>a</sup> rectori Crimoaldo majori domus, Desiderius exiguus servus Dei.

Pagellari officio suggero, ut harum portitorem apicum commendatum dignetis recipere, et quæque ore proprio suggesterit, effectui jubeatis mancipare. Et quia cupio me vestris animis eo ordine commendare, quo parentum vestrorum affectu sum unico devinctus, precor ut illam gratiam genitoris vestri <sup>C</sup> erga me tenere dignetis, quæ me vobis faciat placabilem et vestram mihi præstet semper optabilem. De <sup>b</sup> condiciunculas etiam Ecclesiæ nostræ, et pauperum suorum singulari mercede studete habere, easque per omnia habete commendatas. Nos quoque in sinu gratiæ vestræ, non ut meremur, sed ut optamus, atque confidimus, paterno confovete affectu. Et si de hoc, quod suggestimus, sperata conceditis, simul et de vestra ac domni regis, vel fratrum vestrorum incolumitate, aut <sup>c</sup> quicquid nos scire recte censelis, quod in illa regione agitur, rescripti nos serie dignamini certificare. Incolumem vitam vestram superna pietas tueatur.

## EPISTOLA VII.

DESIDERII AD MEDOALDUM, TREVERICÆ URBS EPISCOPI.

Domino semper suo Medoaldo patris Desiderii peccator.

Si gratiarum jura beneficiis vestris recompensare voluero, non sapiam, pro illa, scilicet, spereminentia bona, quæ anno præsentis erga nos largitas vestra deseminare studuit, pro impensas. videlicet, superfluentes, pro itinerantium multimodas necessitates. Nec solum famulantium opportuna subsidia non pauca misistis, sed etiam nosmet et expensis et

muneribus ampliastis. Implesti, beate Pater, largitatis officium, sustinuisti peregrinationem nostram, compassus es laboribus nostris, et longe a solo patrio positos, ita paterno affectu fovistis, ut nec regionis ubertatem, nec parentum <sup>d</sup> dulcedinem ex inopia desiderarem. Dominus noster Jesus Christus, in cujus amore id impendisti, tibi pro nostra extremitate retributor existat. Nunc igitur famulatus mei jura persolvens supplico, ut quem tunc beneficiis consolastis, nunc orationibus beneficio juves. Latorem præterea præsentis officii filium communem Claudium abbatem recipite per omnia commendatum, et munuscula quæ ex nobis intulerit, grato animo habetote. Cum se de mundo opportunitas contulerit, de vestra, et domni regis, vel fratrum ac filiorum vestrorum, mereamur incolumitate rescripti serie consolari.

## EPISTOLA VIII.

DESIDERII AD CHODULFUM.

Domno illustri et a nobis peculiarius suscipiendo domino et in Christo filio Chodulfo Desiderius peccator.

In sancti apostoli Pauli dictis scriptum habetur: quod *ubi abundavit peccatum, superabundavit gratia* (Rom. v, 20). Jam quantum me hactenus de gratia vestra dolui contristatum, superabundare me de vestra gratulor charitate. Non enim itineris illius, quo ætate sum gravata confectus, jam quadam doloris memoria ducor, cum recolo quanta erga me dulcedo vestra est pia voluntate diffusa. Unde gratulatione maxima præsentem paginam ad dominationem vestram destinavi, per quam salute uberi fusa, precor Dominum, ut magis magisque suam in vobis tribuat largitatem pietatis, ac bonis faciat successibus abundare. Et quia scriptum legimus: *Generatio rectorum benedicitur* (Psal. CXI, 21), tu, vir excellentissime, benedictiones paternas semper memoriæ vivacitate conserva, et si qua sunt, vel quod monuit, vel quod egit, quasi ante oculos præsentaneo retine memoratu. Multa enim sunt de ejus gestis tuis auribus recolenda, quæ si gestis adjicias vitæ hujus et intenta meditatione conserves, ille orationibus donabit utique nunc favorem, quo probabiliter probe polleas, <sup>D</sup> et istinc cursu feliciter auspico, paternis muneratas præmiis adjungaris. Interea, quanquam necessarium esse non ducam, latorem præsentis officii multa devotione commendo, et ubi quod aut iste dixerit; aut aditum cognoscitis opportunum, conditiones patroni vestri beati Stephani, cujus administrationem gerere videor, habete receptas, et per omnia commendatas, ut ipsi Domini rerum, quibus vite nostri Redemptoris servire videmur, ipsi vobis impendia æterna compensent, ac supplementum suæ tribuant largitati.

<sup>a</sup> Ms., *rectorem G. Majorem*. Et nota quod in his epistolis ms. Codicis errores etiam manifestos exprimiunt, ut fides Editionis constet. CAN.

<sup>b</sup> L., *condiciunculis*.

<sup>c</sup> Ms., *quoque*.

<sup>d</sup> Ms., *dulcedinem et inopia desiderarem*.

## EPISTOLA IX.

DESIDERII AD ABBONEM.

Domino semper suo <sup>a</sup> Abboni papæ Desiderius peccator.

Dum lator præsentium apicum <sup>b</sup> ab observando illo monasterio jussus accedit, et quia necesse est vestro eam patrocínio commendemus; igitur famulatus mei officia persolvens supplico, ut eum sicut famulum, gratia pietatis vestræ recipiat commendatum, et de condiciunculas domini Stephani, undecunque fuerint exortas, adhibete sollicitudinem. Sicut de vestra gratia confidere, ut credo, nullatenus ignoratis. Non enim a me docendus es quid in nostris supplimentis, et Ecclesiæ, cui servimus, vel pauperum ejus opportunitatibus, præstes, quid vigilando prospicias, quidve experientiæ actionis tribuas. Nosti omnia, omniaque non ambiges, quibus laboribus <sup>c</sup> urge-mur, quibusque fatigamur ærumnis. Hoc solum cupimus te velle. Nam posse daturus est ille, sub cujus nomine nos præsidio et favore teneri gaudemus. Rogamus ergo, ut istum famulum <sup>d</sup> batum optarem frequenter, si possibilitas arrideret, sacris vestris interesse colloquiis, ut sicut nos sub sæculi habitu in contubernio serenissimi Flothari principis mutuis solebamus revelare <sup>e</sup> fabellis, ita jam nunc illa ad plenum deposita vanitate dulcia liceret Christi ruminare præcepta. Sed quia sicut mens anhelat, effectus sequi non prævalet; hoc sufficiat dicere <sup>f</sup> dum favore vestræ charitatis non mediocriter sum recreatus. Proinde gratissima effusa salutatione peroro, ut quem tunc et affatibus bonis, et benigna charitate consolastis, semper in memoriam vestri <sup>g</sup> interni istimum teneatis latorem, præterea præsentis officii, qua valeo insinuatione, vobis commendo, et precor, ut in omnes conditiones quas exerit, benignum jubeatis præbere favorem, et per ipsum, vel quandocunque aditus exstiterit, de vestra felicitate mereamur certificari. Vale, vir Dei, et memento mei.

## EPISTOLA X.

DESIDERII AD DADONEM EPISCOPUM.

Sancto ac præferendo apostolico patri Dadoni papæ Desiderius servus servorum Dei.

Dum plurima tempora elabuntur, quod præsentiam vestram videre nequimus, nunc immensa se gratulatio menti objecit, dum aliquatenus vel post diutina intervalla sese opportunitas <sup>h</sup> præhibuit, qua vel pagellari officio me vestris conspectibus præsentarem. Igitur debito obsequio humiliter exhibito, illud peculiariter peroro, ut quem quondam in ipso flore primævæ juventutis unico mihi amore præbuiti, semper concedere digneris illum meum Dadonem. Maneat pristina inter nos atque illum tuum, ino-

<sup>a</sup> Ms., Abbone.

<sup>b</sup> Ms., ad observando illo minasterio et q. n. e.

<sup>c</sup> e. patrociniun.

<sup>d</sup> Ms., urquimur.

<sup>e</sup> Leg., harum. Videtur hic aliquid deesse.

<sup>f</sup> L., relevare.

<sup>g</sup> F., demum.

<sup>h</sup> Ms., int.

A nostrum <sup>i</sup> Eligium Inconvulsa charitas, indisjuncta ut fuit quondam, fraternitas. Mutuis nos juvemus precibus, ut quemadmodum in aula terreni principis socii fuimus, ita in illo superni Regis cœlesti palatio simul vivere mereamur. Et licet de nostro collegio duos jam amiserim germanos, habemus pro his venerabilem Paulum, nec minus prædicabilem meritis Sulpicium. Quisquis igitur nostrum quantum plus prævalet, tanto amplius profectuum gradus conscendere elaboret. Ad hæc autem prædico, plus me vestris orationibus, quam meis viribus attingere posse confido. Tantum est, ut indesinenter vos orare dignetis; et pietas Domini nostri Jesu Christi, credo, præstabit, quod rogatis. Vale, vir Dei, et memento mei.

## EPISTOLA XI.

DESIDERII AD PAULUM EPISCOPUM.

Domno semper suo Paulo episcopo Desiderius peccator.

Jam credo ad aures tuas perlatum, qualiter nonasterium construere cœperim, et basilicam jam mihi Domino cooperante consummatam habeam. Proinde rogo, atque invito apostolicam dignationem vestram, ut ibidem ad dedicationem interesse dignemini. Et cum nos ibidem in Dei nomine viderimus, aliquantis simul diebus commorantes, de illa perenni ac desiderabili vita, de qua mutuo suspirare solebamus, familiaria colloquia desidero, ut habeamus. Alios etenim plures episcopos interesse faciemus, qui nos vel exemplo juvent, vel hortatu roborent. C Quorum nos contubernio non mediocriter opinor adjuvari. Veni igitur, charissime, quantum longius, tantum velocius, ut post diutinam corporis absentationem tandem refocillumur mutua confabulatione. Aderit credo Dominus de se concionantibus, astabit orantibus, nec nos deseret unquam qui passus est pro nobis, de sede <sup>j</sup> veniens paterna. Orantem te pro nobis potentia Domini nostri Jesu Christi conservare dignetur.

## EPISTOLA XII.

DESIDERII AD SULPICIUM.

Sancto patriarchæ Sulpicio <sup>k</sup> Desiderius servus servorum Dei.

Condecet primæ sedis antistitem, ut solers circa eam consacerdotum exhibeatur sollicitudo, ut dum vicissim jura charitatis glutinantur, facilius deitatis consortio interesse mereantur. Juxta illud, quod sacratissimo eximii vatis ore pollentis: *Ego, inquit, inhabitabo in eis, et inter illos ambulabo (Jerem. vii)*. Nec non et Domini dictum: *Ubi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, et ego in medio eorum (Matth. xviii, 20)*. Quapropter, papa beatissime, vestra sit elaboratio, ut pertinacia, quæ plerumque inter

<sup>h</sup> F., præbuit.

<sup>i</sup> Ms., Elegium, et quidem bene, ut patet ex epistola ipsa Elegii ad Desiderium qua Dadonem commendat, quæque sexta hic numeratur ex iis quæ ad Desiderium scriptæ sunt. BASN.

<sup>j</sup> Ms., venire.

<sup>k</sup> Fuit is Bituricensis episcopus. Illi autem metropolitani sæpius sunt appellati patriarchæ. BASN.

fratres serpit, vestro libramine radicitus evellatur. Nam nostri erit studii solatia opportuna præbere. De cætero prece qua valeo supplico, ut quoties ad exorandam Domini clementiam defixa mente assistitis, nostri memoriam sacris precibus interseratis. Hæc nimirum facientes, vicem nobis in præsentiarum reponditis: Qui quamvis non, sicut oportet, oramus, orandi tamen instantiam non omittimus. Memento mei, papa beatissime, et cultoris tui merita orationibus love.

### EPISTOLA XIII.

DESIDERII AD CÆSARIUM.

Domno semper suo Cæsario episcopo Desiderius peccator.

Desiderabilia nobis gaudia eveniunt, quotiens se aditus præbet, ex quo posillitatis nostræ litteras almitati vestræ possumus dirigere, ideoque prælata occursionis obsequia fraterna charitate monemus, ut causas unde mutua fuit confabulatio, id est, de id quod ad profectum animæ pertinere noscuntur, toto conatu omnique adnisu elaboratis assequere. Sicut e contra illa quæ evidenter saluti animæ obsunt, toto virtute studeatis fugere. Et quia *Charitas omnia suffert* (1 Cor. xiii, 7), sicut nos videtis de vestra salute sollicitudinem gerere, ita vos quoque de nostra exiguitate dignamini sollicitare, ne, quod absit, culpa quælibet nobis latens, vicinis propaletur, et nobis quandoque in objectionem ponatur. Præterea credo, quod nec vobis lateat qualem egestatem de aqua quam fons præbeat in hac Cadurcina civitate habemus. Sed voluntas nobis inest, si a possis permitit, ut per tubos ligneos subterraneo officio ad ipsam civitatem aquam ducere debeamus. Proinde quia novimus, quod peritos ex hoc artifices haberes, precamur, ut compendium de ipsos faciatis. Et unde jubetis nos plenissime re servimus. Agat apostolica dignatio vestra taliter tam de prælata monitione, quam et de ultima suggestione, sicut nos in omnibus efficaciter de parte vestra confidimus. Incolorem pontificatum vestrum divina pietas custodiat.

### EPISTOLA XIV.

DESIDERII AD QUAMDAM SANCTIMONIALEM.

Desiderius episcopus Aspasie abbatissæ salutem.

Lacrymis tuis hactenus motus hanc tibi historiam de Evangelio egregiæ illius feminæ destinavi (Luc. v). In ipsa quippe divinam consolationem reperies, et timorem: consolationem quidem, quoniam qui de peccati onere respiscet, hanc animam pia Domini benignitas non refutat; timorem ideo, quia anima, quæ accedit ad servitutem Domini, continuo ad tentationes sustinendas se fortiter paret, dicente Salomone: *Fili, accedens ad servitutem Domini, sta in timore, et præpara animam tuam ad tentationem.* (Eccli. ii, 1). Gaudium quidem est in tuis lacrymis, et exultatio fit in cælis, dum ipsa sponte damnas

<sup>a</sup> Fort., possessio vel passus.

<sup>b</sup> Fort., reservamus.

<sup>c</sup> Recidivas.

A quod male sponte contraxeras (Luc. xv, 7). Absit enim ne sicut Eva seducta est per serpentem, ita tu ad e redivivas miserias cupias revertere. Ergo compatiatur anima tua dolori meo, ut ego possim vulnere sanato lætificari de bono tuo. Age pœnitentiam, quantum melius potes; et *omni custodia serva cor tuum* (Prov. iv, 23). Confido ego in Domino meo Jesu Christo, quia cito oblitterabit omnem maculam tuæ confessionis bona confessio. Vigila assidue, et ora, ut nullatenus retrorsum respicias. Memento quod Veritas dicat: *Nemo, ait, ponens manum in aratro, et respiciens retro, aptus est regno calorum* (Luc. ix, 62). Respicere autem retro nihil est aliud quam pœnitere quemquam, et abjicere quod cœperit bonum, et rursus mundialibus negotiis implicari. B Recordare etiam uxoris Loth (Gen. xv), quod utique Dominus specie hactenus per Evangelium pœnitentibus fuisse noscitur protestatus. Ergo in hac historia continetur et magnus pœnitentiæ fructus, et impletum in cælis gaudium coram angelis sanctis. Cum illa, quæ fuerat ante peccatrix, meruit suis lacrymis promereri spem salutis (Luc. ix). Oro ergo, et per Dominum Jesum Christum te obtestor, ut non des amplius diabolo locum, sed in jejuniis, et obsecrationibus, et vigiliis te instanter impendas. Et quantum sentis te hominum destitutam præsidio, tantum tibi divinum adesse flagites adjumentum. Iterum ac sæpius moneo, ut hæc a te historia frequentius relegatur. Et in tantum pro te insta, ut etiam pro me apud Dominum te credam posse aliquid obtinere.

### EPISTOLA XV.

DESIDERII AD FELICEM NARBONÆ URBIS EPISCOPUM.

Domino semper suo Felici præsuli Desiderius peccator.

Ante dies aliquot quidam frater litteras vestras nobis exhibuit, plenas doloris et mœstitiæ. Quarum tetra superficies nihil serenum, nihil jucundum, vel ad charitatem pertinens inuuebat, si quidem a summis ad ima usque molestiæ exitiales querimoniæ ibi inerant. Et forsitan mea negligentia, non mea culpa ita confectæ. Non enim reor me hactenus adeo fuisse vestra offensa pulsatum, ut hujusmodi jurgia pontificalia viscera replerent. Et licet vestræ aures viperea infusione subpletæ serpentis erumperent sibilum, nostra tamen præcordia præcepta Christi meditabantur in arcanum. Et quamvis serpentina astutia jurgiorum propinaret venena, ego tamen, ut de vestra essem charitate depulsus, magis mœrendo dolebam. Proinde precor propensius, si in me remansit actio culpæ, vestra pia almitas intercedat, ut sententiæ adversæ prorsus advertat. Sin autem sueta me ambiunt accusatione vexare, contuendum censeo, et a vestra censura opto fore cavendum, ut aures vestras viperea venena, ac velut sirenarum cantus lethalis sibilus non infundat. Ego me vestrum, non ut opinor, injusto judicio subdo. Vos propensa ratione

<sup>d</sup> Forte, confusionis.

<sup>e</sup> Ms., replerentur

<sup>f</sup> Ms., serenarum.

tractate, ut indemnem nequaquam damnare <sup>a</sup> dicere jubeatis : quapropter salute humillima precor, effusa, ut quia dudum me quamlibet minorem, iudicio tamen parem esse duxistis, non nos separet virosa et pertinax audacia suadentum, quos pia hactenus et salutifera charitas neclere iussit. Ego itaque ac si supra vires fari queat, jussioni non obsiato, dummodo a vestræ dignationis gratia non avellar. Quod minus utilis styli exaravit impressio, affatu laboris præsentium est ore commissum. Ipsum diligenter auscultate; et tunc vere cognoscetis quantum vobis honoris reservet. Date igitur veniam, date gratiam, date piam affatus copiam, ut qui pro Christi exemplom ante vestra vestigia caput humile subdet, non conculcandum, sed potius elevandum vestra bona pietate se putet. Certe multo melius est cum humilibus in conspectu Dei exaltari, quam cum superbis humiliari.

<sup>a</sup> Forte, temere.

<sup>b</sup> Gyrovagi.

## EPISTOLA XVI.

DESIDERII AD EPISCOPOS, COMITES, TRIBUNOS, DEFENSORES, CENTENOS ET HOMINES PUBLICA VEL ECCLESIASTICA AGENTES.

## Pro Untedio commendatitia.

Domnis sanctis, et cum summa veneratione memorandis domnis episcopis et abbatibus, nec non et sublimibus atque magnificis viris, comitibus, tribunis, defensoribus, centenis, et hominibus publica vel ecclesiastica agentibus, Desiderius servus servorum Dei, urbis Cadurcæ episcopus.

Quæsumus, domni, ut pro nobis orare dignemini, et hârum portitorem Untedium presbyterum, una cum puero itineris sui comite, commendatum recipiatis. Quia non, ut multi <sup>b</sup> giroaci, circumventiones præterdit, sed pro rationabili peregrinatione Hispaniarum <sup>c</sup> petit. Agite itaque ut a nullo inquietetur, neque patiatur injuriam. Sed magis vestro aditu in antea proficiscatur securus. Propitiū recenseatis domni semper nobis.

<sup>c</sup> Leg. oras.

## LIBER II.

## DIVERSORUM PONTIFICUM AD DESIDERIUM EPISTOLÆ.

## EPISTOLA PRIMA.

SULPICII AD DESIDERIUM.

(Vide supra, hujus nostræ Patrologiæ tom. LXX, col. 591.)

## EPISTOLA II.

BERTIGISLI ABBATIS AD DESIDERIUM, CUM ADHUC LAICUS IN PALATIO DEGERET.

Domino illustri, et a nobis summa dilectione colendo, atque cum omni reverentia nominando domino Desiderio Thesaurario Bertegyselus abba.

Licet libenter ac frequenter nostros missos pro suscitanda incolumitate gloriosi domni <sup>a</sup> Dacoberti regis debeamus dirigere, his tamen diebus specialiter direximus famulum vestrum Dulcidium diaconum ad vestram solertiam, ut <sup>b</sup> per vestram instantiam, et de sospitate domno debeat sollicitare, et de vestra nos incolumitate possit certificare. Sicque de ambas partes, ut cupimus, votiva nobis gaudia valeat denuntiare. Et licet placitum cum Philippo patricio illuc ante ipso domno habemus, pro eo quod ministeriales nostros post se retinere videtur; unde petimus ut præsens frater <sup>c</sup> per vestre consilio, et efficacissimo adiutorio vos per omnia tuentes et insinuantes, ipsa causa valeat effectum producere. De pueros <sup>d</sup> etiam, quos ad opera Dominica per vestra ordinatione direximus, si aliquid faciunt, quod domno sit placitum, vestra insinuatione discamus. Annis multis divina potentia vestram ad ornatum

<sup>a</sup> Ms., Dagoberti.

<sup>b</sup> Ms., per vram instantia.

<sup>c</sup> Forsan, per vestra consilia et efficacissima adiutoria nos.

<sup>d</sup> l. pueris.

<sup>e</sup> Al., Aiulfus.

vel consolationem multarum conservare dignetur, domine semper meus peculiaris patrono.

## EPISTOLA III.

AIULFI EPISCOPI AD DESIDERIUM.

Domino sancto et Apostolica sede dignissimo domno et Patri Desiderio papæ Aiulfus <sup>a</sup> peccator.

Unde nobis iussistis, et nos <sup>b</sup> sanctitatis vestræ innotuimus clericum vestrum nomine Druetulfo per amicum nos de Spania recepimus <sup>c</sup> ipsum nunc, præsentem misso vobis direximus. Culpas precamur, ut <sup>b</sup> excusata sint, et ipse de cætero emendatus resideat. Domni pietas si ista nobis concedit, grandem nobis fiduciam de sua gratia facit. De cætero quod præsens missus vobis suggerit pro conditione nostras domnus obtemperare dignetur, et ad effectum perducatur, ut melius nobis delectet quousque audivimus vestro semper servitio inhxere. Salutare quidem non audeo, sed deprecor sanctitatem vestram, ut pro me humillimum vestrum in sacris orationibus vestris memores esse dignemini.

## EPISTOLA IV.

CONSTANTII ET <sup>d</sup> DADONIS EPISCOPORUM AD DESIDERIUM.

Domno semper nobis proprio, et post Deum peculiaris patrono Desiderio papæ Constantius et Dado episcopi.

Secundum quod per litteras vestras insinuastis, et juxta quod filius vester domnus Godenus mandaverat, credimus, quod hesterno ad illud monasterium venisset. Sed dum <sup>k</sup> dato odie apud Caritione et

<sup>f</sup> Leg. sanctitati.

<sup>g</sup> Ms., pro præsentem miso.

<sup>h</sup> Ms., excusata s. e. i. d. c. e. ressedeat.

<sup>i</sup> Fuit Audoenus Rothomagensis episcopus.

<sup>j</sup> Ms., quod esterno ad illo monesterio.

<sup>k</sup> Locus corruptus.

Maurino a comitem videre mialme possumus. Flavianus autem denunciavit, ut quinta feria apud ipsum jungamur. Et quia lesionem nobis inferre cupit, epistolam sanctitatis vestrae ad ipsum deposcimus, ut dum nostra fiducia tutamur, vestra auctoritate in omni parte muniamur. Præolata prius debita salutationis obsequia; rogamus impense ut pro nostra parvitate exorare dignetis, nosque semper in sinu gratiæ vestrae confovendos retineatis. Annis multis vobis servire mereamur, beatissime papa.

## EPISTOLA V.

SULPICII AD VERUM RUTENÆ [Leg. RUTENÆ] EPISCOPUM.

(Vide supra, hujus nostræ Patrologiæ tom. LXXX, col. 593.)

## EPISTOLA VI.

ELEGII AD DESIDERIUM.

Domno semper suo atque apostolico Patri Desiderio papæ Elegius servus servorum Dei.

Quoties aditum scribendi gratiæ vestrae reperimus, toties nobis b cumulus gaudii videtur accrescere. Quapropter cum salutationis officio illud propensius præ cunctis conditionibus depono, ut quotiescunque inter mundanas sollicitudines mens ad statum quietis prævalet attingere, memoriam parvitalis nostræ sacris precibus vestris subjungere non omittatis. Quod nequaquam credo, ut nostri oblivio ullatenus apud vos cadat, ut nec vestra apud nos unquam senescere novit. Sed non incongrue arbitravi rediviva commotione eadem ingerere, cum nimirum constet quod nulla in præsentis sæculo causa ita mentem stimulet, quemadmodum vite perpetuæ, et beata justorum patria Desiderii immensitate viscera mentemque sollicitet. Quamobrem ut unde quisque attentius cogitat, inde frequentius et loqui studeat. Proinde mi unanimes pia viscera Desiderii, memento semper Elegii tui, cum preces Domino fundes. Et quamvis nos terrarum interpositio longe ab alterutrum separet, nec queat nos subinde corporalis conjunctio sociare; in Christo semper simul versemur. Et ita vivere elaboremus, ut non post longum spatium anima simul et corpore sociemur, sociatique in æternum vivamus. Quod exoratus fideliter ac frequenter præstabit, credo, nobis clementissimus Dominus noster Jesus Christus, cui gloria in æterna sæcula. Amen. Saluto te supra modum sincerissimo affectu, salutet D et Dado fidelis e utrorumque sodalis.

## EPISTOLA VII.

RAURACII AD DESIDERIUM.

Domno semper suo atque apostolico præsuli Desiderio episcopo d Rauracius peccator.

Cum e humillimo salutatis officio commendo apostolatui vestro servulos vestros Nummolum presbyterum, et Garimundum, quos ad urbem vestram,

a Ms., commitem.

b M., comolum.

c Ille, scilicet, Andoenus Rothomagensis episcopus, summam cum Eligio semper coluit amicitiam, et ejus Vitam scripsit quam Dacherius edidit Spicileg. tomo V. BASN.

d An hic Ituricius?

A et ad hospitium vestrum Gregionaco, sive abbate, descriptionem mancipiorum f inquirendo direximus, supplicamus, ut commendatos ipsos recipere dignentis, et ubi ipsis necessitas exsuerit, vestro auxilio in omnibus mereantur habere, ut quod Ecclesiæ vestrae Nervenensi ex ipso agro justissime redebitur, per eorum inquisitionem, vel vestro solatio perdere non debeamus. Simulque suggerimus, ut de ipsa Curtecella, vel hominibus inibi consistentibus sub vestra defensione tanquam propria familia dignentis habere receptos et commendatos, ut de iudicium infestatione, sicut et immunitas nostra ex hoc continet, liceat eis vivere cum quiete. His obtentis, precamur, ut redeuntibus famulis de vestrae felicitatis gaudio litteris nos jubetis lætificari. Orate pro nobis, domine semper peculiaris atque apostolice papa.

## EPISTOLA VIII.

(Hic in Ms. sequitur epistola Desiderii, qua Untediu in Hispanias euntem commendat episcopis, abbatibus, comitibus, tribunis, etc. Quam epistolam, supra, cum epistolis Desiderii conjunximus, ordine decimam sextam et ultimam.)

## EPISTOLA IX.

SIGEBERTI REGIS AD DESIDERIUM.

Sancto atque apostolica sede dignissimo honorum titulis præferendo domno, et in Christo Patri Desiderio papæ Sigebertus rex.

Culminis vestri paginam deferente venerabili viro Bettore abbate una cum sanctis eulogiis vestris me cum summo gaudio comperite suscepisse. De id vero scripsistis, ut quam prospere nos divina pietas degere permittebat, vobis insinuare deberemus. Cognoscite, vestra intercedente oratione, prospere hactenus Christo præsule consistimus. Et gentes patriæ, nobis a Deo concessæ, pacifico ordine nobis obediunt. Gentes etiam barbære h pagatismæ nobis cohabitant. De conditione vero vestras, unde injunxistis, taliter Christo adjuvante ad effectum produximus, i vestra fuit injunctio. Proinde cum salutatione devotissima petimus, ut per nos Domini nostri Jesu Christi misericordiam ubi jugiter sedulas funditis preces, exorare dignentis, ut sua largiente clementia, et hic pacifice vivere, et ad æternam vitam nos jubeat pervenire.

## EPISTOLA X.

SULPICII AD DESIDERIUM.

Vide supra, nostræ Patrologiæ tom. LXXX, col. 594.)

## EPISTOLA XI.

PAULI AD DESIDERIUM.

Domino reverentissimo, palma triumphali deco-

e Ms.: Cum humillima salutationis officia c. a. v. serve'los v. Nummulo presbytero et Garimundo. CAN.

f Ms., inquirenda.

g Ms., gaudia.

h L. g. pacatissime.

i Leg. ut vestra.

rato, ac pontificoli nomine adornato, præcellentissimo A  
Ecclesiæ speculatori Desiderio papæ Paulus pec-  
cator.

Multa sum alacritate repletus, quia adoptatum  
desiderabilemque diem a divina miseratione prome-  
roi, mellisvis reciprocis vestris reperire. Quas re-  
censitas immensas Creatori nostro egi prærogativas,  
quod incolumem vos esse cognovi. De id vero quod  
ibi intimasti, ut de causa illustris matrisfamilix Bo-  
bilanæ aliquid agere deberemus, qualiter exinde fe-  
cimur, præsentis latores officii vobis ore proprio edi-  
cere possunt. Præterea multiplices dominationi  
vestræ agimus gratias <sup>a</sup> de eulogiis sanctis, de Fa-  
lerno nobili, vel vasculis decem, quæ nobis tanti  
habuistis dirigere. Superexcrevit quidem, et super-  
abundavit benedictio largitatis vestræ, adeo, ut dum  
nos unam Falerni amphoram deposcimus, vos emi-  
nentia vasa, et, ut usitatius dicam, tunnas decem  
ellegantissimi Falerni tanti habuistis dirigere. Nec  
solum sic inopiæ nostræ credidistis sufficere, sed  
etiam in multis adhuc excellentioribus donariis ma-  
gnificentiam erga nos vestram studuistis augmentare,  
dilatare, supplere, ac superexcedere. Unde pius  
Dominus vobis retributor et hic et in æternum existi-  
sit. Nos enim non sufficimus tantas almitati vestræ  
referre nec pecunias, nec gratias. Proinde in illum,  
qui sufficiens est, supra quam petimus, aut intelli-  
gimus, largiri, in ipsum causam remunerationis  
vestræ committimus. Nos quoque in sanctis ac Deo  
placitis orationibus vestris commendamus, nostram  
animam in suffragiostrarum precum committimus.  
Nos sane, ut valemus, indesinenter pro <sup>b</sup> vos ora-  
tioni insistimus, ut vos undique gratiarum muneribus  
circumseptum, ad coronam gloriæ jubeat perducere,  
et nos per vestram intercessionem ad spem salutis,  
et portum quietis dignetur admittere, vestrique se-  
quipedam permittat existere. Annis multis vobis,  
peculiaris domine, mereamur servire.

## EPISTOLA XII.

PAULI AD DESIDERIUM.

Domno semper suo Desiderio papæ Paulus pec-  
cator.

Apices sanctæ dominationis vestræ redeuntibus  
fratribus Frodolo et Ruccone de Mettis accepimus,  
ubi nobis per singula pietas consueta instruere di-  
gnavit; unde omnipotenti Domino gratias agimus,  
quod vos juxta nostrum desiderium incolumem co-  
gnovimus. De regis conditione innotescimus, nuper  
per Viredunum <sup>c</sup> Rhemos pergit, ibique nativitatem  
Domini expectat. <sup>d</sup> Bide autem Leuduno <sup>e</sup> accedit,  
et inde in Masao, ac post ripa Reno pergit. cogno-  
scatis Chanoaldum episcopum ictuatum etiam fati  
manus implesse. Cæterum ut ad vestra beneficia  
mentis oculos reflectam, nec si lingua claret se: rea,

<sup>a</sup> Ms., de eulogias sanctas, de Falerno nobile, vel  
vascula decem.

<sup>b</sup> Forsan, vobis.

<sup>c</sup> Ms., Remus.

<sup>d</sup> Leg. Inde.

ut quidam poeta ait, aut centena sonent spiramina,  
nullatenus potest quis tanta narrare Dei magnalia,  
quantum ejus in viscera vestra diffunditur gratia.  
Nos præcipue nec factis possumus repensare, nec  
verbo explicare, quanta erga me dignatis impendere.  
Dominum tamen indesinentur oramus; ipse vobis pro  
nostra parvitate æternus retributor existat, et cœ-  
lestia bona in perpetua beatitudine concedat. Oratio  
me vestra sublevet, beate et venerabilis papa.

## EPISTOLA XIII.

ABBONIS AD DESIDERIUM.

Domno semper proprio Desiderio apostolico papæ  
Abbo peccator.

Litteras gratiæ vestræ tam per anteriores missos,  
qui cum filio vestro Chedeno venerunt, quam et qui  
postea cum Babone accepi, per quas præcepisti, ut  
de vestris conditionibus, juxta quod Deus posse da-  
bat, sollicitudinem gererem, Deo soli sufficit non  
latere, quia cum integra fide et promptissima volun-  
tate id assecutus sum, et ordinationes Dominicas in-  
firmatas sunt, ut de res illas, quas leva tenebat præ-  
rentaliter Bobila revestita esse debeat. Nam per  
vestra gratia non nobis sine labore constavit. Ta-  
men dum scimus quod justitia est, credimus de Dei  
pietate, quod sic pro vestro prudentissimo consilio  
causa gubernetur, ut ad bonum perfectum perveniat.  
De villa autem Rotovolvo, sicut scitis, dominus Da-  
cobertus rex ipsam pro amplius, quam quingentos  
solidos in luminaria ad basilicas Metenses delegavit.  
Quia scitis quod pater Bobilanæ Aglyenus hoc fratri  
nostro Vero episcopo vendidit; et postea servus tam  
ipsa portione quam et illa alia, quæ meorum con-  
sortes tenebant, ipse Severus redemit, et domino  
Dacobertho una cum alia sua facultate deligavit. Vos  
vero taliter cum domna Babila agite, ut exemplaria,  
quæ pro filio vestro germano meo Gedeno direxi,  
firmare debeat. Vos enim et in palatio regis, ubi  
innutriti fuistis, bene cogniti estis. Quia melius est  
aliquid cum eo compartire, quam solus nihil habere.  
Annis multis de vestra gratia congaudere, domne  
semper meus.

## EPISTOLA XIV.

CHÆNULFI AD DESIDERIUM.

Domno clementissimo, palmata triumphatione de-  
corato, pontificali officio coronato, domno semper  
meo Desiderio papæ, Christique speculatori, Chæ-  
nulfus vester.

In primis quod nobis præcipuum et maximum est,  
salutare quidem non præsumo, deposco, ut nos,  
domne, in sanctis orationibus vestris Domino com-  
mendare dignemini; deinde supplico almitati  
vestræ, ut Dominus noster jubeat, ubi vestrum me-

<sup>e</sup> Pro Lugduno Batavorum, hodie Leyda, melius  
Leodunum aut Laudunum Clavatum, Luyk, Liege.  
Scrivi not. M. S. in Canis. Basn.

<sup>f</sup> Ms., quem.



reamur impendere occursum. Et quia hoc devotio A  
 nostra desiderat, idemque ordinate, ubi vestram  
 debeamus videre presentiam. Orate pro nobis, do-  
 mine et semper desiderabilis Pater.

## EPISTOLA XV.

CONSTANTINI AD DESIDERIUM.

Domno semper nobis proprio apostolico Patri De-  
 siderio papæ Constantinus peccator.

Cognoscite, domne, nos orationibus vestris inco-  
 lumes de palatio remeasse, et regem modo Magantiæ  
 esse. Et pro quo litteras præcipue misimus precamur  
 obnixæ, et tanquam pedibus vestris advoluti quæsu-  
 mus, ut si evenit quod Nativitatem Domini in terri-  
 torio <sup>a</sup> Alugen-i celebrare deliberetis, sic vos merear  
 in apostolatu videre, et in civitatula vestra Albige B  
 ipsa solemnitate in Dei nomen celebrare debeatis,  
 non me spernere, domne, non me despiciere, non me  
 renuere, quo minus in tanta solemnitate non per te  
 illustretur, decoretur, ornatur Ecclesia, et ex tuo  
 sancto ore benedictionem populus accipere merear.  
 Interim, quæso, denuntiate nobis quam celerius  
 ultra Tarne accelerare deliberatis, aut ubi possimus,  
 quod sæpe desideramus, vestram videre presentiam.  
 Propterea enim de Nativitate Domini de antea vobis  
 suggessi, ut <sup>b</sup> alume antecedere non possint. Quia multi  
 te desiderant, sed nemo plus quam ego. Pater, ite-  
 rum, iterumque suggero, et commemorare præsumo,  
 ut non sic faciatis de ista Nativitate Domini, sicut  
 pridem, quando satis in domum vos habere volui,  
 sed peccatis meis obtinere non merui. Annis multis C  
 vobis servire merear, domne <sup>c</sup> Desideri, semper susci-  
 piende [F. suspiciende] Pater.

## EPISTOLA XVI.

VERI AD DESIDERIUM.

Domno semper suo Desiderio papæ Verus pec-  
 cator.

Jussorium vestrum accepimus una cum <sup>e</sup> exem-  
 plari de litteris domni Sulpitii, ubi dominus innotuit,  
 quod istum placitum de ista Synodo frater vester  
 dominus Sulpitius alio tempore visus est immutasse.  
 Nos hoc gratiæ vestræ jam innotueramus per servo  
 vestro *Becobeno diacono*, et postea per misso vestro.  
 Sed quia Deo volente dominus innotuit, quod mea D  
 suggestio continebat, nos gratulati sumus, quod de  
 vestra felicitate votiva gaudia meruimus cognoscere.  
 Interea reddimus profusum nostri famulatus officium,  
 supplicantes, ut pro nobis Domini misericordiam  
 exorare dignetis; et sæpius nos de vestra jubete fel-  
 icitate consolare. Quia Dominus novit omnipotens,  
 quod ea, quæ bona sunt, de vos semper audire et

<sup>a</sup> Ms., *Alugense*.<sup>b</sup> Leg. *alii me*.<sup>c</sup> Ms., *Desiderii*.<sup>d</sup> Ms., *exemplaria de litteris domno Sulpitio, v. d. quod istum placitum de isto Synodo*.<sup>e</sup> Ms., *abidemque*.<sup>f</sup> Ms., *ad nostra antea noticia*.

videre optamus. Annis multis vobis servire merear,  
*Apostolice Pater*.

## EPISTOLA XVII.

SIGEBERTI REGIS AD DESIDERIUM.

Domino sancto et apostolico in Christo Patri De-  
 siderio Siggybertus rex.

Dum fabula currente a plures et fidelibus nostris  
 cognovimus, quasi vocati <sup>a</sup> ab eodemque Patre nostro  
 Vulfoleudo, episcopo synodali concilio Kal. Septem-  
 bris in regno nostro. Ignoramus in quo loco una  
 cum reliquis fratres et comprovinciales vestros de-  
 beat conjungere. Licet nos statuta canonum, et  
 ecclesiasticas regulas, sicut parentes nostri in Dei  
 nomen conservarunt, ita et nos conservare optamus  
 tamen <sup>f</sup> dum ad nostram antea notitiam non fuit  
 perlatum, sic nobiscum nostris proceribus convenit,  
 ut sine nostra scientia <sup>g</sup> synodale concilium in regno  
 nostro non agatur, nec ad dictas Kal. Septembris,  
 nulla conjunctio sacerdotum ex his qui ad nostram di-  
 tionem pertinere noscuntur, non fiat. Postea vero  
 opportuno tempore si nobis antea denuntietur,  
 utrum pro statu ecclesiastico, an pro regni utilitate,  
 sive etiam pro qualibet rationabili conditione con-  
 ventio esse decreverit, non abnuimus. Sic tamen,  
 ut diximus, ut in nostri prius deferatur cognitionem.  
 Proinde presentia scripta sanctitati vestræ destinare  
 curavimus, per quæ petimus, ut pro nos orare di-  
 gnetis, et ad istam conjunctionem, priusquam no-  
 stram cognoscatis voluntatem, penitus accedere non  
 debeatis, et ut certius credatis, hunc <sup>h</sup> indiculum  
 manu propria subter subscripsimus. Syggibertus rex  
<sup>i</sup> sub.

## EPISTOLA XVII.

PALLADII EPISCOPI AD DESIDERIUM.

Domno suo Desiderio episcopo Palladius episco-  
 pus.

Pro intuitu fidei, et unitate sacerdotum, quam Ec-  
 clesiarum ubique <sup>j</sup> diffusarum, spero ad pietatem  
 vestram, ut hospitio, <sup>k</sup> quæcunque in Cadurco ec-  
 clesia nostra videtur habere, hoc est, Bagidode,  
 Pastoriaco, Bassiaco et Alevernaco, vobis cum om-  
 nem rem, mancipiis, vel terris, aut quidquid ad jure  
 nostro pertinet, salvo jure Ecclesiæ nostræ, vobis  
 in omnibus commendamus; ita ut ab hodierno die  
 omnes de parte nostra, qui in supradicta urbe com-  
 manent, sint vobis commendati, et quoscunque de  
 nostra presentia hic diregimus, vestra ordinatione,  
 secundum quod decet, in omnibus potiantur. Simili-  
 ter ubi Chromatia in re ecclesiæ Bagidone comman-  
 net, quia frater suus Deotherius presbyter <sup>l</sup> acto-  
 rem ecclesiæ Sanctionice egit, et nunc ipsa Cromat-

Ms., *synodalis conciliius*.Ms., *indicol*.<sup>i</sup> Ms., *subscripsi*.<sup>j</sup> *Diffusam*.<sup>k</sup> *Quascunque*.<sup>l</sup> *Actor*.

tia • quæ ibidem per beneficium <sup>b</sup> præcuratoris A manere videtur, si eam cum omni re sua jubeas defensare, quomodo et • Deum mercedem habeas, et nos vobis gratias supplicationis agamus. Et per diem retributionis et adventum Domini nostri Jesu Christi adjurans rogo, ut sicut de affectione sanctæ animæ vestræ confidimus, sic integram dignetis adhibere sollicitudinem, <sup>d</sup> ut omnes juris nostri homines, qui in urbe vestra commanent, una cum antefata Cromatia, • plam vestri protectionem in omnibus mereantur promereri. Salutationum itaque jura persolvens, supplico, ut pro mea exiguitate orare dignemini. Et ut cæsius nostra supplicatio habeat effectum, propria manu subter subscripsi. Palladius peccator hunc mandatum meum relegi et <sup>f</sup> s.

## EPISTOLA XIX,

VERI AD DESIDERIUM.

Domino illustro, et a nobis peculiarius suspiciendo pro Dei cultore domno Desiderio Optimali Verus peccator.

Accidentem filium nostrum *Leodosium diaconum*, opportunum duximus ut dominationem vestram diutius inquirere deberem; cum sciamus devotionem sanctæ animæ vestræ bona semper de parte nostra optare: præsertim cum nos vestro præ omnibus patrocinio potiamur. Propterea salutantes *Eminentiam Vestram*, rogamus ut, sicut dum patrocinia vestra elegimus, et hactenus nos defensio protectionis vestræ inagister manivit, ita nunc quoque de conditione nepotum nostrorum, unde præfatum vobis suggerere rogamus, talem sollicitudinem atque instantiam apponatis; unde, sicut nos vobis sumus, ita ipsos quoque acquiratis per omnia debitores. Reducetiam antefato de vestræ felicitatis eminentia re-scripte reddito nostram sollicitudinem dignamini relevare. Dominus noster Jesus Christus custodiat corpus et animam vestram in die examinis sui. Amen.

## EPISTOLA XX,

GALLI AD DESIDERIUM.

Domno semper suo, et • apostolico Patri Desiderio papa: Gallus peccator.

Dum talis nuntius de clade a Massilia venit, quod omnem pene provinciam depopulans vastet, dominus ordinet custodias mittere, et nullus de Cadurcino ad istas ferias in Rutenico, vel vicinas urbes, non præsumat exire, ne, quod absit, per quamlibet occasionem tantum malum in urbem vestram videatur inferre. Nam per ista contigua illis partibus loca <sup>b</sup> custodiæ positæ sunt, ut nullus emendi aut vendendi aditum penitus habeat, si non sollicito <sup>i</sup> cogitabitis prævidere, periculum mortis instat. Præterea debita veneratione salutem mittens, quæso ut in sanctis precibus vestris parvitatem nostram memorare dignemini, domne, <sup>l</sup> verius, Pater.

## EPISTOLA XXI,

FELICIS AD DESIDERIUM.

Domno semper præferendo et eum omni veneratione nominando, beatissimo Patri Desiderio papa: Felix peccator.

Pravorum adulantium concione percepta, ante hos ferme biennium, reor misisse epistolam, quæ serpensissimam mentem vestram ac siquidem turbo pertransiens nabe obtexit, et nec-tro eo sensu fuerit edita, quo dominus censuit interpretandum, me tamen pœnitet incaute et minus inculto sensu vel impolito sermone stylum exarasse, unde <sup>k</sup> offensam sanctæ animæ vestræ potueram incurrere, nisi vestra bonitas causam admodiasset. Pœnitet; inquam, me, et ter quaterque pœnitens, his excessibus veniam posco. Postulo autem indulgentiam, quam tuis beneficiis, non meis meritis, adipisci confido. Quam mihi gratiam ita nunc præstare dignabitis, ut nunquam me deinceps a sinu gratiæ vestræ, vel a clementissimo pietatis amplexu excludere vel rejicere dignetis. Inter hæc debita salutationis obsequia persolvens, illud peculiarius a sanctitate vestra peroro, ut, omnibus maculis explosis, in sacrosanctis precibus vestris nostri memoriam admiscere dignemini, domne, <sup>l</sup> verius et semper suscipiendo papa.

## FRAGMENTUM TESTAMENTI DESIDERII

CADURCENSIS EPISCOPI <sup>m</sup>.

(Ex Brequigny, Diplom. Chart. Leg., t. II).

De præsidio meo vestimenta, scamnalla, mensalia <sup>d</sup> et electabilia [*Coint.*, lectuaria], aurum vel argentum

quod ex successione parentum habeo, vel quod in regia aula et in servitio principum elaboravi et me-

<sup>a</sup> Leg. quæ.<sup>b</sup> Forte, præcuratoris.<sup>c</sup> Ms., et dudum.<sup>d</sup> Ms., et.<sup>e</sup> Ms., pia vestri protectione.<sup>f</sup> Et subscripsi.

<sup>g</sup> Eam epistolam edidit Usserius Sylloge epistolarum Hibernicarum, pag. 23. Fuit Gallus ille præsul Claramontanus, apud Arvernos tunc celeberrimus, postea in album sanctorum repositus. BASN.

<sup>h</sup> Ms., custodias posita.<sup>i</sup> Rogabites.<sup>j</sup> Ms., venus.<sup>k</sup> Ms., offensa.<sup>l</sup> Ms., venus, id est, venuste.

<sup>m</sup> Hujus testamenti nihil præter hoc fragmentum superest, insertum in Vita Desiderii ab anonymo coetaneo scripta et a Labbeo edita, Biblioth. mss. t. I, pag. 714. Recusum est a Cointio, Ann. t. III, pag. 227, cujus varias lectiones inter uncas affiximus: videtur enim illud exscripsisse ex alio Vitæ Desiderii exemplo quod Labbeus non inspexerat. Hujus Vitæ auctor conditum fuisse testamentum docet sub anno 26 regni Sigiberti regis, et Desiderium

cum veniens detuli, quicquid exinde adhuc superest, quod in ornato est, et quod [Coint., ad ornatum aut] ad ministerium tuum, sancta mater Ecclesia, non impendi, totum et ad integrum possidendum tibi relinquo, tuoque juri dono [Coint., utique juris dono] atque transcribo, ac obtestor ut nullus successorum meorum quicquam exinde ex tuo gremio, ex quo ibi [Coint., tibi] in ornatum tuum feci vel in thesauro tuo indidi, auferre præsumat. Argentum vero tuum vel reliquas species, tuumque præsidium, quod in tuo reposito, sancta mater Ecclesia hæres mea, totum inveni, salvum relinquo, nihil enim exinde expendi, nihil minui, nec ulli cuiquam dedi, sed sicut

obiisse anno regni 17, episcopatus 25 : nam sic legere jubet Mabillonius, Analect. pag. 521, non anno episcopatus 23, ut oscitanter legerat Labbeus, teste ipso Mabillonio, qui propriis oculis genuinam lectionem comprobavit. Et certe annus episcopatus Desiderii 26 concordat cum regni Sigiberti anno 16. Porro is

A mihi est sub oculis Dei traditum, ita totum salvum relinquo. Libros [Coint., liberos] vero meos tibi matri Ecclesie [Coint., sancta mater Ecclesia] tuoque advocato successoris meo commendo. Semper quasso virtute sanctitatis tue ab insidiis quorumcumque defensentur, ut sub tuo se patrocinio pervenisse congaudeant. Pauperes autem tuos, quos ego semper pervigili cura enutrivimus, tibi commendo, precorque ut tua sanctitate et advocati tui sollicitudine alantur et pie semper gubernentur. Sic quoque ut, me absente, sibi aliquid deesse [Coint., absentem esse] non sentiant, nec se doleant pastorem mutasse.

B regni annus a morte Dagoberti repetitus, id est, ab anno Chr. 638, concordat cum anno 653. Ergo infeliciter Cointius, ubi supra, et pag. 238, testamentum Desiderii collocat sub anno 648, prava Vitæ Desiderii lectione deceptus.

ANNO DOMINI DCLI.

# SANCTUS DONATUS

VESONTIONENSIS EPISCOPUS.

## NOTITIA HISTORICA.

(Hist. Litt. de la France.)

(a) Donat était fils de Waldalene, duc de la province Transjurane, et de Flavie dont l'Histoire relève beaucoup la naissance et la vertu. Le nom qu'il portait suppose une des principales aventures de sa naissance. Il fut effectivement le fruit des prières de saint Colomban, qui l'obtint de Dieu à ses parents, qui se trouvaient privés de postérité. Sitôt que sa mère l'eut mis au monde, elle le fit porter au Saint pour le consacrer à Dieu, suivant leur convention. Colomban était alors abbé de Luxeu. Il baptisa l'enfant, et lui imposa le nom de Donat, comme étant un don du ciel; après quoi il le fit reporter à Flavie pour le nourrir (b). Lorsqu'il eut atteint un âge convenable, il fut mis à Luxeu, et son éducation confiée à saint Colomban. Donat, sous cet habile maître et sous saint Eustase, son successeur, fit des progrès merveilleux dans la piété et dans les Lettres.

(c) Son mérite devint si éclatant, qu'il le fit tirer du cloître pour le placer sur le siège épiscopal de l'Eglise de Besançon. C'était vers l'an 624, lorsqu'il n'avait guère plus de trente-deux ans. L'épiscopat ne lui fit rien changer ni à son genre de vie, ni à la manière de se vêtir. Il continua toujours d'y vivre en moine. On ne sait presque rien de ce qu'il fit dans le gouvernement de son Eglise; et sans l'abbé Jonas, historien de S. Colomban, qui écrivait du vivant même de notre prélat, nous ignorerions

les traits de sa vie que nous venons de rapporter (d). En 625 il assista au grand concile de Reims sous Sonnace, et en 646 à celui qui se tint à Châlons-sur-Saône (e). Il fonda à Besançon le monastère de Palais, où il mit des moines sous les règles de saint Benoît et de saint Colomban (f). Saint Donat vivait encore en 649, comme il paraît par sa souscription qui se lit au bas d'un privilège, accordé la même année au monastère de Sainte-Croix de Meaux, par saint Faron, évêque du lieu (g). Mais on croit qu'il mourut peu de temps après, vers 651.

(h) Il nous reste de ce prélat une règle pour ses filles, que saint Benoît d'Aniane a fait entrer dans son code, et qu'il a employée dans sa Concorde, pour expliquer celle de saint Benoît du mont Cassin. Saint Donat la composa à cette occasion. Flavie sa mère, devenue veuve, avait fondé à Besançon le monastère de Joussan, sous l'invocation de la sainte Vierge, où elle se consacra à Dieu avec une de ses filles. Les religieuses de cette maison, qui professaient d'abord la règle de saint Césaire, voyant que celles de saint Benoît et de saint Colomban étaient fort répandues, désirèrent en avoir une particulière qui fût composée des trois, et qui en contiât l'esprit. Elles s'adressèrent à saint Donat pour l'exécution de ce projet; et ce ne fut qu'après toute la résistance que peut inspirer une humilité sim-

(a) Mab. Act. B. t. II, p. 14, n. 22; Cod. reg. t. III, pag. 46.

(b) Mab. ib. p. 333, n. 1, 2; id. Cod. reg., ibid. p. 46, 47.

(c) Ibid., An. I. xi, n. 13.

(d) Conc. t. V, p. 1689, t. VI, p. 391.

(e) Mab., Act., ibid.

(f) An., t. IV, p. 752.

(g) Act., ibid.

(h) Cod. reg., ibid., p. 47-71.